



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 71. Dissidia in Galliis ob Thoracii Vicecomitatum suscitata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. sua illi deferentes, Rex tamen ad eorum
A. C. 1429. urbem nonnisi in mense Septembri per-
 venire potuit, inde Montargium profe-
 ctus.

§. LXXI.

*Turbæ Gallorum in cauſſa Vice-comi-
tatus Thoraciensis.*

*Vid. 3. tom. Mem. Com-
in. edit. an. 1723. p. 493.* Quamprimum Rex oppido S. Dionysii excesserat, etiam Gallorum præsi-
 dium inde Silvanectum abiit, quo com-
 perto Angli illico locum occupantes diri-
 puerunt. Ex adverso Galli Lavillum ce-
 perunt. Rex autem in Burgundiam re-
 gressus est, cæpto jam pacis negotio cum
 Duce dictæ Provinciæ ultimam admotu-
 rus manum; verum res male vertit ob-
 diffidia, quæ circa Vice-comitatum Tho-
 raciensem in Provincia Pictaviensi situm
 inter Gallos exorta sunt. Hujus quippe
 possessionem, cum occupasset Trimolius,
 & Ludovicum Ambaciensem custodiæ de-
 disset, ejus jura Connestabilis, utpote san-
 guine eidem junctus, pro viribus defende-
 re studebat; contra quem Trimolius Re-
 gem, quem sibi in omnibus obsequentem
 habebat, eo induxit, ut arma Connesta-
 bili inferret. Inde factum, ut hac Gal-
 lorum discordiâ non parum crescerent An-
 glorum compendia. Burgundiæ Dux,
 quamvis Aureliam obsidione liberatam
 esse, haud ægre ferret, prosperos tamen,
 qui

qui Regi inde accesserant, rerum succel- Sæcul. XV.
A. C. 1429.
sus invidebat; quocirca Bedfordiæ Du-
cem, quem hucusque sibi minus faven-
tem experiebatur, nunc de amicitia ineun-
da tractantem perhumaniter excepit, fö-
dusque cum eo pepigit, quo ab Anglis
Campaniæ ac Briæ comitatus, clientela-
ri lege in Burgundum transferebantur.

§. LXXII.

Simeonis Thessalonicensis obitus.

Incidit in hunc annum millesimum quia- Dupin Bibl.
dringentesimum vigesimum nonum Script. T. 12.
obitus Simeonis Thessalonicensis Archi-p. 120.
episcopi, qui ineunte hoc sæculo floruit.
Vir erat non minus virtute, quam doctri-
na, ac profunda eruditione clarissimus.
Inter Lucubrationes ejus eminet tracta-
tus de *Lithurgia*, quem Pater Goarius Ri-
tuali suo Græcorum inseruit; in eo expli-
cat, quæcunque pertinent ad Ecclesiæ,
ejusque Ministros, vestes Sacerdotales,
celebrationem Missæ, aliasque cæremo-
nias Ecclesiasticas. Præterea librum
composuit contra hæreses, ad modum
Dialogi, in quo collegit textus S. Scriptu-
ræ, & Patrum, qui de fide, & Sacramen-
tis Ecclesiæ loquuntur; hoc opusculum
in Bibliotheca Vaticana, & Cæsarea ma-
nuscriptum asservatur, & illius synopsin
Doctissimus Pater Morinus Oratorii Pres-

Qq 2 byter